

duntur, & ex his magis simulationis suspicio comprobatur, Cepoll. de simulat. contract. n. 149, Farinac. de simul. q. 162, n. 169, Rota dec. 71, n. 7, post primum vol. conf. Farinac.

Quæ præsumptiones, & conjecturæ tametsi singulæ paterent aliquam difficultatem, simul tamen unitæ, & omnes tendentes in meliorem mulieris conditionem, + benè probant simulationem, ut confessio importet donationem, non autem dotis receptionem, l. 3. tot. tit. ff. de donat. inter virum & uxorem, Honded. conf. 46, n. 26, lib. 1. Rota dec. 11, nu. 14, part. 7, recent.

Quæ propterea nec ante contractum matrimonium + emanata, marito, & hæredibus præjudicat, l. 2. C. de dot. caut. non nu. Soccin. sen. in l. 1, n. 70, ff. solut. matrimo. Menoch. de præsumpt. lib. 3, d. præsumpt. 12, n. 1, & 37, Mantica, de tacitis, & ambig. lib. 21, tit. 20, n. 27, vers. Nec ipsi marito, Valascus consult. 5, n. 4, Trenacing. loco supra cit. Molin. de contract. dict. tract. 2, disp. 439, sub n. 8, & nihilominus Instrumentum ipsum matrimoniale valde redditur suspectum, quod matrimonio constante fuerit ceptum, quod ob rasuram, & alterationem diei diverso caractere, & atramento factam. Auth. de oriente, & semisse, §. Et quod sæpè Natta, conf. 224, in fine, Rota, coram bonæ memoriæ Coccino, dec. 101, n. 9, ut multò minus possit prædictis viro, & hæredibus nocere, Buratt. dec. 612, & 925, ibique n. 1.

Hinc non obstat, quod liquidò constat de credito dotali Petronillæ ex Instrumento publico obligatione Camerali, & + juramento vallato, quod facit rem claram, & executionem paratam habet pro restitutione ibi promissa, l. census, ff. de prob. l. in donationibus 31. Cod. de donat. cap. cum dilecti eodem tit. l. scripta, Cod. de fid. instrum. Quia justificata ex jam deductis simulatione confessionis, + ea apta est infringere vim obligationis Cameralis, omnesque clausulæ ibi appositæ sunt inefficaces, ac ipsæ quoque simulate, l. Empror 12, ubi gloss. & Bart. ff. de aqu. pluv. arcend. Soccinus senior, conf. 27, n. 30, lib. 4, Rota, dec. 714, num. 1, apud bonæ memoriæ Merlinum, & dec. 259, n. 8, part. 6, & dicta decisione 11, n. 18, part. 7, recent. nec juramentum quicquam operatur detecta simulatione; + quia ea intentione, qua maritus constituitur ea ipse jurat, & deficit illius consensus, ita in juramento, sicuti in contractu ad notata per gloss. in cap. si diligenti 12, de foro compet. Zabarell. in Clem. de jur. jur. §. Porro, n. 10, Ruin. conf. 130, n. 3, lib. 1, Gozzad. conf. 28, n. 25, Honded. d. conf. 46, n. 35, Rota in sæpè citata decisione 55, num. 15, & dec. 259, n. 9, part. 6, & coram Buratt. dec. 612, n. 6.

Neque obesse vitium fuit, quod diuturnum tempus intercesserit à die confessionis ad tempus dissoluti matrimonii, intra quod non fuit opposita exceptio non numeratæ dotis, ideò idem debet operari + confessio, quod ipsamet numeratio Aretin. conf. 86, Ancharan. conf. 307, quia ultra quod paulò post matrimonium fuit de ejus, & instrumenti matrimonialis nullitate judicialiter oppositum, ut patet ex monitorio, & protestationibus datis in Summario hereditatis Francisci n. 5, etiam si tempus esset elapsum, adhuc data simulatione semper resultat donatio pecuniæ, & dotis confessatæ, quo casu potest quodcumque de exceptione dari, + quæ perpetua est, ut notat Bartolus, & Baldus in l. si sub specie 3, C. de postul. Paril. conf. 86, n. 35, libro

3, Gozzad. d. conf. 28, n. 24, Roland. à Valle, conf. 74, n. 5, lib. 4, Gratianus, dissect. forens. cap. 693, n. fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 14, gloss. univ. part. 1, n. 77, sanct. mem. Greg. XV. dec. 67, n. 6, Buratt. dec. 108, n. 17.

Cujus Instrumenti executionem ex hoc etiam Doctores retardandam esse putabant. Tum quia Notarius Substitutus de illo rogatus non se subscripsit, nec suum nomen, & cognomen apposuit, ut mandat Constitutio sanctæ memoriæ Pauli V. super reformatione Tribunalium Urbis, tit. de not. Tribunalium Urbis, §. qualibet Instrumenta. Tum etiam quia non probatur, servatas fuisse solemnitates, quas exigit Constitutio Ægidiana in cap. 25, lib. 5, Franciscus enim tempore celebrationis illius erat minor 25 annis, & forensis. Ideò non obstante Statuto + Urbis lib. 1, cap. 47, habilitante positos supra 20. annum ad contrahendum perinde ac si essent majores 25, uti directum in personas subditas non comprehendit forenses statuentibus non subjectos, ut censuit Rota, in dec. 260, n. 3, & 4, & dec. 394, n. 1, & 2, p. 6, recent. in Romana, seu Perusina censu 12. Decembris 1644, post Zaech. de oblig. Camer. dec. 162, n. 131, necessariæ erant solemnitates per dictam Constitutionem requisitæ in contractibus minorum, quorum obligatio, licet sustineatur + ut fiat adstricti ad dotis restitutionem tanquam fundata in causa necessaria etiam non adhibitis solemnitatibus dictæ Constitutionis, ut dixit Rota in dec. 511, n. 2, part. 2, recent. Card. Caval. dec. 397, n. 5, bon. mem. Coccino dec. 433, num. 3, locum tamen habet in casu restitutionis dotis + cum effectu receptæ, ex qua oritur dicta obligatio necessaria restitutionis, juxta text. in l. si cum dotem 23, §. transgrediamur, & ibi Bart. n. 4, ff. soluto matrim. Rota, d. dec. 511, n. 3, & seq. part. 2. Secus verò quando non apparet de actuali solutione, sed agitur vigore simplicis confessionis decepto, + sic ex promissione voluntaria, quæ sapit donationem, Gabriel. conf. 20, n. 1, & seq. lib. 1, & respondit Rota, coram Verrall. dec. 199, part. 3, & in rec. d. dec. 55, n. 4, & seq. part. 6, in Ravennaten. dotis 11. Aprilis 1644, §. nam id procedit coram Eminentiissimo Cardinali Corrado, Adden. ad dec. 460, n. 51, cum seq. p. 4. tom. 2, recent. Præsertim ad effectum agendi contra bona Nicolai Francisci Paris, qui non assensit, ut filius matrimonium hoc contraheret, minisque dotem, si realiter esset + soluta, ipse recepit, aut eidem filio recipienti consensus, sicuti requirebatur; ut intret restitutioni obligatio ex dispositione dictæ l. si cum dotem, & dicti §. Transgrediamur, ff. solut. matrim. Curtius junior conf. 133, n. 5, lib. 1, Mastrill. dec. 46, n. 3, part. 1, Negufant. de pignor. part. 2, membr. 4, n. 36, vers. Intelligendo, Rota, dec. 644, n. 2, part. 4, recent. & plures relati per Modern. Neapol. consult. 138, n. 5, & 14, & dec. 36, n. 3. Et ita utraque, &c.

DECISIO CXII.
R. P. D. C E R R O.
Romana Testamenti.
Mercurii 22. Martii 1656.
SUMMARIUM.

- 1 Milites nostri temporis gaudent privilegiis antiquorum.
- 2 Militis

- 2 Militis testamentum valet sine solemnitatibus: ex præteritione filii testamentum impugnari nequit numer. 4. & nu. 21. declara ut n. 5. & 6.
- 3 Testes duo ad probandum sufficiunt. Examinati in alia causa sine partis citatione faciunt adminiculum n. 13.
- 7 Dispositio testatoris, quando dicatur ad pias causas, & n. 9. & n. 10. De bonis fideicommissis subjectis non valet. n. 18.
- 8 Scheda manu testatoris scripta aut subscripta sine testibus pro testamento ad pias causas sufficit.
- 11 Identitas schedulæ testamenti probatur ex recognitione unius testis etiam deponentis de judicio n. 12.
- 14 Interpretatio omnis capienda, ut tollatur contrarietas.
- 15 Ordinatio congrua testamenti facit adminiculum pro ejus validitate.
- 16 Observantia dat fidem scripturæ etiam informi.
- 17 Fabrica S. Petri succedit in hereditatibus piis repudiatis.
- 19 Subreptitia ex quibus reddatur gratia.
- 20 Testati causa facit cessare causam intestati.

Antonius Vellius Romanus ultimas suas tabulas per simplicem schedulam privatam nullis adhibitis testibus, nullaque servata juris solemnitate, propria ejus manu Romæ condidit 20. Februarii 1642. vulgari idiomate in hæc verba ibi. Jo. Antonio Velli havendo facta ferma resoluçion di andare fuori di Roma per molte cause che ne ho, con pensiero anco di fermarmi à travagliare alla guerra, e pensando alli pericoli che giornalmente, si corrono in quella di perder la vita, &c. ho voluto fare il presente testamento, e quello che si debba fare dopo la mia morte, e quale sia la mia volontà, & imprimis, &c. Item voglio che morendo Josena figliuoli legittimi, e naturali, &c. di tutto il mio tanto stabile, quanto mobile per li tanti obblighi che ho, &c. al Sig. Gio. Gregorio Beninbene mio zio, lo lascio, e constituisco herede, & usufructuario universale lui vivente, &c. dopo la sua morte voglio, & ordino, che si vendino tutti li miei mobili, &c. quello se ne caverà si rimessa, e si metta in stabili, &c. e di tutto, &c. voglio, & ordino se ne formi un Jusparronato in casa mia in forma di commenda della sacra Religione di San. Gio. Baptista Hierosolimitano de Cavalieri de spidaleri al presente detti di Malta, e detta Commenda e Jusparronato voglio che si fondi nella Capella della nostra famiglia de Velli posta nella Chiesa di santa Maria d'Araceli in Roma, & in perpetuo voglio sia in casa nostra cioè nelli figli e descendenti del Signor Giacomo Velli mio zio, e della Signora Olimpia Mancini sua moglie, & che sia in facoltà del pili vecchio della famiglia di nominare à questa Commenda chi gli piacerà e parerà più al proposito di detta famiglia e descendenti come sopra, & per il primo Jo nomino dà hora il Signor Francesco figlio del detto Signor Giacomo e detto Cavagliere voglio sia tenuto, che subito haverà la Croce, e che habbia il possesso di detta Commenda sia obligato in detta Capella fare un altare al Glorioso santo Gio. Baptista, con obbligo di far celebrare in detta Capella tre Messe de'morti la settimana per l'anima mia, & di tutti li nostri morti, &c. e quando non ci sarà più gente di casa mia, e descendenza, voglio che in questo caso detta

Commenda sia assolutamente in potere del Gran Maestro di detta Religione darla a chi li piacerà, ma che sia Romano, e con tutti li sudetti pesi. Subinde verò dum erat Tribunus ducentorum militum, illas Ferrariæ confirmavit 20. Maii 1643. in earum latere inscribendo, ibi: e per più cautela, & maggior autenticazione del presente testamento ho anche voluto que in Ferrara sottoscrivere; & affermare quanto di dietro scritto, ho fatto questo di 20. Maggio 1643. Jo. Antonio Velli manu propria.

Eoque postmodum sine filiis defuncto 16. Octobris 1643. & præfato testamento Romæ transmissio, Gregorius Beninbene hæres, & usufructuarius universalis ibi scriptus, ejus vigore judicialiter immisus fuit in possessionem illius bonorum hereditariorum usque ad obitum retentam; cumque post ejus mortem factus fuisset locus erectioni dicti Juris patronatus, & Commendæ, & Religio Hierosolymitana hujusmodi dispositionem repudiasset, ideò Reverenda Fabrica Ecclesiæ Principis Apostolorum de Urbe prætendens subintrare vigore suarum facultatum Apostolicarum in piis dispositionibus, & legatis repudiatis introduxit causam in ejus Tribunali, tam contra Dom. Julium Casarem Petronium hæredem dicti Gregorii, & possessorem eorumdem honorum, quam contra DD. Franciscum, & fratres de Vellis filios dicti Jacobi, & Olimpiæ, quibus dictum Jus patronatus tam activè, quam passivè primo loco reservatum fuit quam etiam contra Dom. Andream de Mutis integram hereditatem ab intestato prætendentem uti filium, & hæredem Claricis de Mutis aviæ maternæ testatoris præteritæ in ejus testamento, & sententiam pro validitate testamenti, & immisssione in possessionem duarum ex tribus partibus dictæ hereditatis obtinuit, præfixo statibus de Vellis peremptorio termino trium mensium ad impetrandam commutationem dictæ voluntatis ob repudiationem factam à Religione Hierosolymitana, à qua interposita appellatione, & per facram Congregationem ejusdem Fabricæ causa mihi commissa, proposui dubium; An testamentum sit validum, ita ut sit danda immisssio, & quoad validitatem quamvis juris solemnitatibus destitutum sustineri contendebatur, vel jure militari, vel saltem ex privilegio piæ causæ.

Militari siquidem jure, quia est opinio communiter recepta, quod etiam militibus nostri temporis + armis operam dantibus omnia privilegia competunt, quæ à lege militibus antiquorum concessa fuerunt, ut notat Salyc. in l. 1. sub n. 8, vers. in contrarium facit. Cod. de jur. & fact. ignor. Laderch. conf. 178, n. 2, Gabr. conf. 100, n. 2, l. 1, Farinac. conf. 95, n. 3, vol. 1. Odd. de compend. part. 5, præmiss. 3, n. 11, & 12. Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 2, q. 5, n. 5. cum aliis plenè congestis per Modern. P. Dian. resol. moral. tom. 7. tract. 6, tit. de testam. privilegiatis, resol. 42, per tot.

Inter alia autem privilegia in testamento militis nullas requiri solemnitates, + sed sufficere ejus nudam voluntatem sancitum est in l. milites 16, C. de testam. mil. & in §. 1, instit. de militari testam. Cancr. var. res. p. 1. c. 4. n. 75, & 76. Facchin. contr. jur. lib. 8. c. 39, vers. Tertium argumentum. Barry, de success. lib. 1. tit. de test. milit. n. 1. & 2, cum cæteris adductis per Modern. P. Boff. q. mor. tom. 2. tit. 11. de test. mil. §. 1. n. 1. Quæ probatur, vel per duos testes, ut voluit gloss. in d. l. milites, v. Sed ipso tempore, & Bart. ante n. 1, & in fine. Jaf. n. 1. Dec. n. 6. Cod. de testam. milit. per text. in l. Divus Trajanus ff.

ff. de milit. testam. & in §. planè instit. eod. Gabriel. dicto conf. 100, n. 3, lib. 1. Rota, coram bonæ memoriæ Merlino, decis. 806, n. 5, alique relati per dictum Modern. Boss. dicto §. 1. n. 3, firmanter, quod cum tota solemnitas, & substantia hujus testamenti consistat in nuda voluntate testatoris patefacta, & testes solum requirantur ad probationem faciendam juxta jus gentium, ad quod redactum est, jure autem gentium, & naturæ ad quemcunque actum, probandum sufficient duo testes, † vel alio probationis genere etiam nullis adhibitis testibus, ut notat Corn. conf. 118, sub n. 7. vers. Ad eod. quod si doceretur lib. 3, quem refert, sequitur Valquez de success. creat. part. 1, lib. 3, §. 24, sub n. 15, vers. intellige tamen, Barry, de success. ubi supra, dicto n. 1, vers. Imò etiam sine, & signanter per scripturam recognitam uti manum testatoris optimè comprobatur textus in dicto §. 1, instit. de milit. testam. ibi, Quoquo enim modo voluntas ejus suprema inveniatur, sive scripta, sive sine scriptura, valeat testamentum ex voluntate ejus; & in l. miles si testamentum 36, eodem, ibi, Miles si testamentum imperfectum relinquit, scriptura, quæ profertur, perfecti testamenti potestatem obtinet. Corneus dicto consilio 118, dicto n. 7 in fin. vers. ex quibus concludo. Rot. coram bonæ memoriæ Merlino, dicta decis. 806, num. 10. Boss. dicto §. 1 sub n. circa finem, vers. Quare tota, distinguens inter testamentum nuncupativum in scriptis, & post Parr. Dian. ubi supra, resolut. 65, firmat quod militibus, sive scripto, sive sine scripto, testari velint sine testibus id facere licet, sed ad effectum probandi ipsorum voluntatem in nuncupativo, & sine scriptis requiri duos testes, in scripto autem satis esse scripturam exhibere, illamque uti manum testatoris firmiter recognosci, & plenius sub eodem §. 1, n. 17, quod idem probat Gratianus, disceptatione 605, num. 21, & discept. 695, num. 18, & bene idem firmat Joannes Harpprechtus super institut. in §. planè nu. 2, cum sequentibus instit. de milit. testam.

Et hujusmodi militis testamentum præteritione aviæ, imò nec filii † valet impugnari, l. sicut certi 9, ibique Jason nu. 8, post medium, & seq. Cod. de testam. milit. l. si instituta 27, §. de inofficioso, ff. de inofficioso testam. l. de inofficioso 9, Cod. eodem. Barry, de success. libro 19, titulo 8, nu. 21, Fachin. contr. jur. lib. 6, cap. 74, vers. Ego lib. nrius. Merlin. de legum. dicto lib. 5, dict. q. 5. n. 1. & 2.

Verum quia Vellius condidit testamentum Romæ in propriis ædibus per multos † menses ante militiam, privilegio militibus concessio gaudere non poterat per textum, in l. finali, Cod. de restitut. milit. nihil refragante quod illud Ferrariæ rarum habuerit post assumptam militiam, quod satis esse probatur in §. Sed, & si quis instit. de milit. testam. in l. idemque 9, in l. Tribunus 21, §. cum aliquis, & in l. Titius, 26, ff. eodem. Gregorius Acac. de privileg. milit. libro 2, privileg. 16, n. 106, Boss. dicto ut. 11, §. 2, n. 34. Quia hoc locum haberet, si testamentum ratificasset, vel in expeditione, in quibus terminis loquitur textus in dicto §. Sed, & si quis, & in l. 1. ac in l. penultim. Cod. de testam. milit. & in l. fin. Cod. quibus non obijciat longi temporis præscripti. Barry, ubi supra, dicto libro 1, dicto titulo de testament. milit. numero 7. Rota, coram Merlino, dicta decis. 806, n. 5, vel in ipso actu certaminis dum miles moritur ex vulneribus dimicando acceptis, ut clarè

indicat textus, in d. l. miles 15, Codice de testam. milit. ibi. Proinde sicut juris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in vagina, aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio sub ipso tempore, quo in prælio vitæ sortem derelinquunt; vel demum in castris à fronte inimicorum, argumento textus in l. 2, §. Pro limitandis, Codice de officio Præfetti Prætoris Afric. Picard. super institut. dicto §. primo, numero 2, & 3, de militar. testament. Simon. de Præcis, de interpretatione ultimarum voluntatum, libro 3, solut. 8, numero 16, Barry, dicto titulo de testament. milit. sub numero 7. Pater Diana dicto tractatu 6, titulo de testamentis privilegiatis, resolutione 44, vers. Ac contrarium, & Pater Bossius, dicto §. 2, n. 28. Secus autem dum illud ratificavit in civitate, seu alio loco non hostili, quo bellicæ occupationes, & pericula non imminabant, dicta lege finali, Codice de restitut. milit. dicto §. 1. ibique Piccard. num. 1, institut. de milit. testament. Gabriel. dicto consilio 100, numero 3, vers. Imò ad hoc, libro 1. Simon de Præcis, dicta resolutione 8, numero 17, Gail. Practic. observat. libro 2, observat. 118, nu. 6. Barry, dicto titulo de testament. milit. sub nu. 6, vers. certè contra. Viv. decis. 491, num. 3.

Et quamvis ubicunque miles extra bellum, vel castra in propinquiore aliquem locum se contulit, non ut diu ab eis absit, sed curandæ valetudinis causa, prout in hoc casu, aliquantisper extra tentoria se reficiat habito comœtu, & oportuna licentia, paratusque sit reverti fanitate recuperata solutis stipendiis pro toto tempore receptis † jure militari eo loco quamvis non hostili testari valeat, ut firmat Vigl. in §. illis autem temporibus n. 5, instit. de milit. testament. Wesembec. conf. 17, n. 40, part. 1. Boërius, de bell. & duell. lib. 1, cap. 18, nu. 6, & cap. 20, pariterque, n. 6. Nicolaus Reuñerius de jure testament. volum. 2, part. 5, cap. 4, n. 14, vers. Quid autem.

Nihilominus quia in facto justificatum non apparet Antonium comœtum, & licentiam habuisse, paratumque fuisse reverti fanitate recuperata, & soluta stipendia usque ad obitum recepisse, idè domini omisso hoc fundamento ex solo privilegio piæ causæ responderunt testamentum esse validum, & dandam immisionem Reverendæ Fabricæ. Cum enim ex ejus dispositione integra ipsius hæreditas defuncto Gregorio Beninbene erogari debuisset in erectionem Comendæ sacræ Religionis Hierosolymitanæ cum onere trium Missarum † qualibet hebdomada in perpetuum pro anima ipsius testatoris, ejusque majorem, utique negari non potest quin dispositio dicatur ad piæ causas, cap. Animæ defunctorum, 3, questione 2, §. Sed hæc quidem audent. ut cum de appellat. cognosc. Abbas consilio 99, numero 3, & per tot. lib. 2, Angel. Aretinus, consilio 72, n. 10. Alexander, consilio 38, sub nu. 3, libro 1. Valaschus, consultatione 145, n. 5. Genuen. Practicabil. Ecclesiasticæ. questione 446, n. 2, Barbosa de jure Ecclesiastico libro 3, cap. 27, n. 11. Borgninus decisione 27, n. 52, parte 3. Rota in Alatrina testamenti 26. Februarii 1649. coram Reverendo P. D. meo Verospio, §. Hanc verò in Romana legati 22. Junii 1650, coram Eminentiss. D. Card. Corrado, §. Eoque magis, & in Comen. legati 11. Dec. 1651, coram R. P. D. Albergato in principio. Quæ propterea nullas exposcit juris solemnitates, sed contentatur quomodocunque de voluntate disponentis

disponentis appareat, & præsertim cum de ea constet per schedulam † manu testatoris scriptam, subscriptam, quamvis desitutam testibus, aliisque solemnitatibus ad text. in c. relatum de testam. & in auth. quod si C. de testam. Menoch. conf. 167, n. 20, & conf. 224, n. 66, Tiraquellus, de privileg. piæ causæ. privil. 4, per tot. Clar. in §. Testamentum, q. 7, n. 2. Valquez, de success. creat. lib. 3, §. 22, sub n. 6, Gratian. discept. 605, n. 28, Rota decis. 240, n. 4, p. 2, divers. in rec. dec. 108, n. 2, 12, & 13, p. 7, coram Buratt. dec. 475, n. 12, in callien. hæreditatis 10 Decembris 1638, coram bon. memor. Card. Hieronymo Verospio, & 1. Julii 1639, coram R. D. Terracinen. in Fanen. hæreditatis 17 Junii 1641, coram eodem, & in dicta Alatrina testamenti coram R. P. D. Verospio sub §. 1.

Non obstat quod piæ causa non fuerit instituta, sed substituta, quia sufficit quod evenerit casus substitutionis, atque aperta fuerit successio ad ejus favorem, sive ex quo testator deceffit sine filiis, sive etiam ob mortem Gregorii Beninbene hæreditis, & usufructuarii universalis ultimo loco sequuntur, ut notat Card. Zabarell. conf. 133, n. 3, v. & præcipue. Mart. de success. legal. p. 49, §. a. 2, n. 5, Viv. dec. 5, n. 14, lib. 1. Facundez, de just. & jur. lib. 6, c. 3, n. 19. Fragos. de regim. Reipub. p. 3, lib. 4, disp. 7, tit. de testam. ad piæ causas, §. 4, n. 70, Dicastillus de just. & jur. to. 2, lib. 2, tr. 19, disp. 1, n. 111, fol. 1090, Molina, de just. & jur. disp. 134, §. Testamentum, Diana, ubi supra dicta p. 7, tract. 6, de testam. privil. ref. 1. in prim. vers. Aut quando substitutionis via.

Nec urget, quod Jus patronatus primo loco reservatum fuerit descendentibus in perpetuum Jacobi Vellii, & Olimpiæ Mancinæ ejus confanguineorum, cum onere præsentandi quem maluerint de familia de Velliis.

Quia cum tam reservatio dicti Juris patronatus activa ad favorem descendentium, quam præsentatio passiva illorum de familia restrictæ sint donec illi supersint, iis autem deficientibus testator voluerit commendam adhuc esse perpetuam, & liberæ collationis Eminentissimi Magni Magistri expresso repetito onere celebrandi Sacrum ter in hebdomada, exinde clarè assequimur causam finalem dispositionis non fuisse interesse consanguineorum, † sed pietatem erga Deum, & motivum suffragandi animæ suæ, & omnium fuorum defunctorum, quod apertissime ostendit dispositionem esse piæ, c. requisiti de testam. ibi. Quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ suæ non pro commodo Sacerdotis probatur offerre. Ancharanus, in cap. Officii n. 16, eod. tit. ibique Imola n. 26, & Barbat. n. 35, Monet. de commut. ult. volunt. cap. 4, n. 38, Genuen. Practicabil. Ecclesiasticæ. quest. 522, n. 2, Barbosa de offic. & potestat. Episc. alleg. 116, n. 19, cum aliis in fortioribus terminis allegatis in dicta Comen. legati coram R. P. D. Albergato, §. mimis refert.

Identitas autem, & veritas testamenti in dubium revocari non valet, quia satis videtur probata ex scriptura ab ipso testatore scripta, & subscripta, atque firmiter recognita per unicum testem, qui bene sub juramento affirmavit habere notam testatoris manum, & hac ratione dictam scripturam recognoscere uti ab eo scriptam propria ejus manu in qualibet sui parte summ. Fabricæ n. 8, quem esse verum modum recognitionis ex stylo Rotæ firmat Achill. decis. 2, sub nu. 1, de fide instrum. & sequitur Rota, decis. 124, n. 2, part. 2, divers. & coram Buratt. decis. 475, nu. 5, cum seq. Et licet sit unicus, nihilominus sufficiens est ad ipsum effectum, concurrentibus adminicu-

lis, ut in terminis respondit Rota, decis. 42, n. 1, part. 4, recent. Nihil refragante quod deponat per verbum, mi pare, & addat se id pro certo non affirmare: nam hoc dixit eo quod manus sæpè falsificatur, unde subdit, quod nec propriam affirmaret esse suam, sed de cætero ait se non decipi in recognitione manus testatoris, ibi, Et in questa mia credulità di recognitione credo non potermi ingravare, dicto num. 8, in fine. † In hac enim materia à judicio testis dependente, adhibetur fides deponenti, non solum per verbum videre, sed etiam de credulitate, ut respondit Rota, coram Cardinale Seraphino, decis. 522, n. 1, 3, & 4, cum cæteris allegatis per Gratianum, discept. 895, 33, & 50.

Adminicula faciunt alter testis illam recognoscens per similitudinem relatus in dicta summa, num. 5, ut dixit Rota, dicta decis. 41, n. 5, p. 4, recent. Alius testis pro Gregorio Beninbene, Romæ examinatus servatis servandis anno 1645, & alii duo Ferrariæ inducti anno 1643, qui præfentes fuerunt quando testator dixit illam scripturam esse suum testamentum, ordinavitque illud Romæ transmitti dicto Gregorio, eodem summ. n. 4, quamvis enim primus in diversa causa, & isti duo sine citatione patris fuerint examinati, * nihilominus faciunt adminicula Caputaque. decis. 106, n. 6, cum seqq. p. 2. Rota, in recent. decis. 18, sub num. 3, part. 2, cum aliis per Gratianum, dicta discept. 895, nu. 5, & contra illorum dicta nulla contrarietas, quæ releveat considerari potest, omnisque interpretatio † facienda est ad evitandam illorum contrarietatem. Alexander, conf. 185, n. 4, & seqq. lib. 7. Rota, decis. 167, n. 53, part. 1, recent. & in Romana pecuniaria 26, Junii 1654, coram R. P. D. meo Bichio §. Sed, verb. Sigilla ibidem impressa, & congrua ordinatio, quam eadem scriptura præ se fert † ad favorem animæ testatoris, ejusque conjunctorum, ut bene ponderatum fuit in dicta Alatrina testamenti, coram R. P. D. meo Verospio sub §. ult. Ac demum judicium motum vigore ejusdem scripturæ, & feliciter super immisionem terminatum ad favorem dicti Gregorii hæredis, & usufructuarii universalis cum subsequente possessione bonorum usque ad obitum continuata, dicto summario n. 6, ex quo resultat judicialis approbatio, & obfervantia, * quæ fidem dat scripturæ etiam informi. 16 Seraphinus, decis. 928, n. 2, cum aliis allegatis per Adden. ad Buratt. decis. 10, n. 32.

His itaque firmatis cum post mortem Gregorii Religio Hierosolymitana dictam dispositionem repudiaverit, subintrat in ejus locum Reverenda Fabrica Sancti Petri, quæ vigore suarum facultatum, de quibus Quarant. in summa Bullarii, verb. Fabrica S. Petri, §. si autem ipsi legatarii, in fin. in legatis, & hæreditibus in piæ causam relicti & repudiatis habetur pro substituta, & per fideicommissum vocata, ut notat etiam Carolus Marant. respons. 37, n. 3, cum sequentibus, lib. 1. Cui propterea debetur immissio excluso Julio Cæsare hæredi dicti Gregorii, cum iste in bonis Antonii, subjectis oneri restitutionis, † non potuerit alium sibi instituire hæredem, 18 ut respondit Rota, in Nullius vineæ 11. Martii 1620, coram bonæ memoriæ Pirovano in recent. dec. 184, n. 6, part. 8. Exclusisque Francisco, & fratribus de Velliis, quamvis commutationem voluntatis testatoris à Sede Apostolica nuper obtinuerint, cum gratia subreptitia sit, ex quo Sanctissimo Domino Nostro narratum non fuit terminum illis præfixum elapsam fuisse, sive etiam ex quo in precibus, † nullam fecerunt men-